

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1159 - 1160

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

inprimis ea, que sub oculis acta sunt, ne antiquitas obfuscet, que pagina declarare potest. eapropter sequacibus nostris intimamus, quod Hüg, Walcōn, Heinrich de Mucheche et Cōno, similiter Cōno de Wege sex agros in predicta villa Mucheche sitos in loco, qui dicitur Wolfgotesegerde, a canonicis sancti Thomę sibi suisque successoribus in perpetuam hereditatem susceperunt eo videlicet pacto, ut annuatim 5
terciam partem vini, quod ex labore eorum in predictis agris proveniret, prefatis fratribus persolvant. acta sunt hec sub presencia nostra, Engelberto decano, Rōdolfo custode, Godefrido cellarario, Godefrido, Cōnrado, Hessone aliisque confratribus assencientibus. unde et nos hanc cartam memorialem conscribi jussimus et sigillo ecclesię sancti Thomę eam munivimus anno 1159 ab incarnatione domini, 10
inperatore Friderico advocato ejusdem ecclesię et episcopo Burchardo Argentinensi cum aliis principibus in Longobardia Cremam expugnantibus¹, attestantibus preposito Brunone Avellanensis ecclesię et Adelberto causidico ejusdem villę Mucheche.

T aus Straßb. Thom. A. Titres lad. 9 or. mb. c. sig. pend. laeso.

*Gedruckt bei Schöpflin Als. dipl. I, 248 nr. 299 = Würtwein Nova subs. dipl. IX, 370 15
nr. 189; Ch. Schmidt Hist. du chap. de s. Thom. p. 291 nr. 7, alle nach mehr oder minder schlechten Copien.*

110. *Bischof Burchard von Straßburg beurkundet den Verkauf eines dem St. Stephanskloster zu Straßburg gehörigen Gutes im Wormser Sprengel an das Domstift zu Worms. 1160.* 20

∴ In nomine sanctę et individue trinitatis. Burchardus dei gratia Argentinensis episcopus. ∴ commutationes seu venditiones possessionum vel aliarum rerum ad venerabilia dei loca pertinentium, prout major oportunitas expostulat, vicissim fieri multotiens expedit. quas, ne postmodum tractu temporis occasione interdictę alienationis in irritum devocentur, instrumenti scripto communiri sanctorum patrum aucto- 25
ritas decrevit. eapropter et ego Burchardus tam futuris quam presentibus notifico, quod p̄dium quoddam, quod in episcopatu Wormatiensi in comitatu comitis Emichonis de Liningen cęnobium beati Stephani de civitate nostra possedit, fratres Wormatienses de domo a p̄fati cęnobii abbatisa nomine Hedewiga, universa congregatione sua assensum p̄bente, comparaverunt cum pecunia, quam ipsi de p̄dio 30
suo Widensolo nomine in terminis episcopatus nostri sito, propter incommoditatem difficultatis in itinere et pro quorundam violenta disturbance vendito receperunt. ego vero p̄missum factum debita auctoritate corroborans per manum advocati ejusdem congregationis Ottonis scilicet de Geroldeseken, p̄sente domino meo Friderico victoriosissimo Romanorum imperatore et venerabili fratre Cōnrado Worma- 35
tiense episcopo id ipsum approbante, dominium empti p̄dii, quamvis aliās solius etiam voluntatis dispositione dicatur transferri, in predictos fratres cum omni jure suo transtuli, videlicet quindecim mansos in villis Gimminsheim, Durinheim, Dinin-

¹ *Die Belagerung Cremas währte vom Juli 1159 bis zum Januar 1160.*